consilio deuote mentis pandit assensum
Et ingressus ecclesiam fecit afferri veste
nupcijs preparatam et corona sponse
mitoribus imponendam His allatis dum
puellam ad se iussisset accedere sponsa
dei iam agni comitatibus heres auelli
non potuit ab altari quia se timebat de
ecclesia protrahendam Cumque instancius
arce cornibus inhereret rex eam ne tim
eret admonuit hodie inquiens propria
tue voluntatis videbis effectum Porro
illa inter spem et metum posita caput
super altare reclinans ecce ait ancilla
domini fiat michi secundum voluntatem eius Rex
vero iussit sacerdotibus ut eleuarent eam
et ad se producerent Quo facto induta est
illo iubente veste regali et sacro vel
amine coronata Intuitus autem eam rex
religiosus dixit illi Ecce meis te nupcijs
preparatam sponsi celestis domini mei vide
licet ihesu christi credo complexibus Et dex
tera eius comprehendens posuit in altari
Deinde ecclesie lumen excedens lacrimis
absconditum patefecit amorem Post hec
vocauit eam et iuxta se fecit in palacio
residere et donis ingentibus honoratam
pretulit monasterio ancillarum dei quod in honore
beati petri principis apostolorum constructum
est in metensium ciuitate vbi gesta sunt
vniuersa que prima narracione retulimus
In his autem omnibus perficiendis secuta est pu
ella consilium beatissimi galli qui eam domino
auxiliante a demonio liberauit

23 Per idem tempus iohannes diaconus
perseuerans aput venerandum
patrem prudencia que meo celitus abun
dabat studio sicienti potauit in absolute
dumtaxat difficilium scripture diuine
questionum et intemerate fidei racione
Operis quoque cottidiani quod idem
egregius apostolice districtionis imi
tator sedula accelerabat instancia non
solum dilexit scienciam verum eciam
comprehendit Gracia enim illustratus diu
ina quicquid vel visu vel auditu perce
pit alte memorie et ut ita dixerim
armario cordis celer inseruit Et sub
huius magisterij disciplina cum
omni mansuetudinis et humilita
tis custodia triennium duxit Se

24 Post hec dux sepe iam dictus per
epistolam suam virum dei
rogauit ut ad constanciam oppidum
perueniret ad eligendum qui eidem sedi
preficeretur antistitem Aduocauit autem
augustidunensem et veridunensem
episcopos cum multitudine clericorum Nemi Nemi
done eciam qui a modernis spira vocatur tum
venire fecit episcopum Nec non per nuncios
et epistolas suas totius alamannie
presbiteros diaconos vniuersasque clericorum
copias generaliter die denominata
id est prima pasche dominica aput
constanciam conuenire precepit Ipse quoque
cum principibus et comitibus suis huic in
terat conuentui Cumque hec sinodus tante
multitudinis celebraretur accessu et
triduum spacio denunciaretur futura dierum
beatissimus gallus diuino plenus consilio
assumptis iohanne et magnoaldo dia
conatus officio sublimatis processit ad
oppidum Ingressoque eo loco concilij dux
huiusmodi verba profudit Deus omnipotens
cuius prouidencia totum corpus ecclesie
augmentatur et regitur per intercessionem et
meritum beate marie semper virginis
in cuius honore locus iste consecratus est
effundat hodie super nos spiritum sanctum ad eli
gendum pontificem qui ad regenda plebe
fidelium sit ydoneus et ad gubernanda
ecclesia dei pastorali sit diligencia
plenus Ammonuit deinde pontifices
et omne clerum ut iuxta saluberrima
canonum decreta rectorem ecclesie prouiderent
Ceperunt autem omnes clerici admirari dicere
Gallus iste testimonium habet bonum
ab omnibus qui eius vitam nouerunt In scriptis
diuine sciencie culmen obtinuit et
in omni vite honestate sapiencie luce
refulget Iusticie autem vite castitatem
corporis sociauit Mansuetudinem
cum humilitate possedit Continencie vero
salutari paciencia iunxit largitor
est elemosinarum orphanorum pater
in viduarum solacijs alacer hunc omnium
virtutum sectatorem decet esse pastorem
populorum His auditis dux dixit ad illum
Audis quid isti loquuntur et affirmant Ego
respondit Bene quidem dicunt vtinam
verum esset quod fatentur Cum autem